



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## COLLAT I O XXXV.

doctor Eckius iterum induxit suam longi temporis possessiōnem, sed nos hic congregati sumus in libro terræ noui & antiqui testamenti, ad inuestigandum si se possit possessionis citare, & ne causa prolongetur, unū ab doctore Eckio p̄to, quatenus iuxta consuetudinem omnium doctorum Theologorum admittat, quod in sacris literis locus ab auctoritate negatiue &c. Hoc est, si quid in scripturis fundatum non sit, acceptari non debet. Ideoq; frustra contra nos clamauit in prima, sed & in ista conclusione, Affirmatiua tamen ostendi debet esse efficax & uera.

## D. ECKIVS.

In nomine tuo domine Ihesu Christe, Amen. Causa p̄ testimoniis dicit doctor Oecolampadius per uideri debet librum terræ nouum & uetus testamentum ita dico, sed sicut frater eius in Christo Zwinglius scribit ad Valentimum Kumber de Vrania, antiquiores uirios terræ melius & perfectius cognoscere terræ librum quam moderniores, sic & heretici antiquos doctores induximus, quod terræ librum & epistolam Pauli ad Hebræos melius norint quā Lutherus, praedicans Berneñ, & doctor &c. Quumq; iugiter exspecto, quibus scripturis sacrificium missæ impugnetur, Quid si locus ab auctoritate negatiue &c. hoc est, quum aliquid in scripturis non reperitur, etiam ualeat responsonem petens. Dico quicquid me docet ecclesia, iubetq; hoc ego credo, siue scriptum sit siue non, sicut est perpetua Mariæ uirginitas dies dominica præcepta, quæ in scripturis ferianda non inuenitur. Si aut̄ doctor Oecolampadius mihi credere recusaret, Zwinglio saltem credit de rebaptisatione, contra doctorem Baltasarum, rebaptisatores enim suum fundamentū in hoc loco carunt, quod puerulos baptisare in scripturis non sit præceptum. Domine doctor sine qua peregrina decidere, & contra missam scripturas aportate.

Oecolam-